

Enoch Svantenius   Joachim Georg Schröder

**Restauratum ab Ampliss. urbis Senatu Maiorem Xystum Intermistis aliquando  
concentibus harmonicis Vicaria pro Venerab. ... De Xystis publicitus disputabit  
Præses Enochus Svantenius, Pöet. P. P. Respondente Joachimo Georgio  
Schröder, Gustroviensi D. XXIII. Maii. Horis ab VIII. matut.**

Rostochi[i]: Weplingius, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238804>

Druck   Freier  Zugang



52

1683

Q. B. F. F. S.  
Restauratum

ab

Ampliss. urbis SENATU

No 47

MAJOREM XYSTUM

Intermistis aliquando concentibus harmonicis  
Vicariâ pro Venerab. Ampliss. F. Cratis Philoloph. DN. SENIORE;  
invalente curæ prædito, operâ,

EXERCITIIS PHILOSOPHICIS

solenniter dedicaturus

DE

X Y S T I S

publicitus disputabit

PRÆSES

ENOCHUS SVANTENIUS.

Pœt. P. P.

RESPONDENTE

JOACHIMO GEORGIO Schædder/

Gustroviensi

D. XXIII. Maji. Horis ab VIII. matut.



ROSTOCH,

Typis JOHANNIS WEPLINGI, UNIVERS. TYPOG.

M. DC. LXXXIII.



~~M. 258~~

339<sup>14</sup>

52

Q. R. A. S.  
Rechnung

Abrechnung des Senats

Majorum X. Y. Z.

Incipit... ab anno...  
... ..

EXERCITII...  
... ..



ENOCHEUS SVANTIVIVS

JOACHIMO GREGIO...  
... ..

D. XXIII. Junii. Anno. MDCXIII. milia.

.....

Rostock  
... ..  
... ..

...



*Xyſti* frequens apud veteres auctores mentio occurrit, licet non pari ubi-  
bique ſignificatu. Meminare *xyſti* pro teſto *Arriani* & *Herodo-*  
*tus*, pro haſta *Julius Pollux* (*Onomaſt. l. 1. c. X*), apud *Arbeneum* pro  
caſeo accipi, quem raſilem dicere queas, memoriae prodidit *C. Rhodi-*  
*ginus*. A *Cicerone* in *Bruto*, *Xyſtus* accipitur pro porticu, quæ eſt ante  
veſtibus, vel paulò intra domum: quum in ambulare, inquit  
ille, in *xyſto*, & eſſem otioſus domi. *Plinio juniori*, *Seneca*, *Xeno-*  
*phonti*, & *Tranquillo* vox adhibita interordinium ſ. ambulationem  
deſignat, in qua arbuſcula ſunt in plurimaspecies effigiata. Hinc  
cum ille *epiſt. ad Gallum*, villam ſuam *Fauſtiam* deſcribit: *Ante cry-*  
*ptoporicum*, ait, *Xyſtus eſt violis odoratus*. & *V. epiſt. ad Apollinarem*

in villa *Tifernatis* deſcriptione: *ante porricum* inquit, *Xyſtus conciuſus in plurimaspecies diſtin-*  
*ctus, buxo erat*. pariter *l. VIII. epiſt. ad Romanum*: Hic geſtatio longo ordine ſuper lectus exten-

ditur, hic ſpatioſiſſimo *Xyſto* leviter inſlebitur, ac *l. 9. ad Fuſcum epiſtolâ* ut dies ſuaſit, in *Xy-*  
*ſtum me vel cryptoporicum conſero*. *Seneca l. 3. de irâ c. 8. in Xyſto*, ait, *maternorum horſo-*  
*rum in ambulans*. *Xenophon* in *Oeconomico*: *ἐν τῷ ξυſτῷ περιπατοῖς* *Tranquill. de Augu-*  
*ſto c. 72. refert*; ſua prætoria, quamvis modica, non tam ſtatuarum & aularumq; pictarum or-  
nata, quam *Xyſtis* & nemoribus excoluit. unde & *Papiae* *Xyſtus* locus eſt ambulationis: *Ariſte-*  
in *Orpheo*, ac *Polluci* (*l. 9. c. 5.*) dictus *δρόμου ξυſτὸς*, æquè ac *Vitruvii* *paradromides*, *Xyſta*  
ambulacra dicuntur. *Hefychio*, *Svidæ*, aliisque *πῶς ἔστι ἐν τῷ αἰδ' ἀλλ' αἰ γυμναζόντων*.

S. 2. Duplici autem terminatione *Xyſtus* & *Xyſtum* dicitur, unde in pro ſynonymis habi-  
ta fuerint voces, an ſignificatione diverſæ ſint, ab omnibus haut æquè obſervatum fuit. Equidem  
græcis promiſcuè uſurpari *ξυſτὸς* & *ξυſτὸν*, (quod ipſum tamen à *Svida* & *Varino* non animada-  
verſum eſt memorante *Martinio* in *Etymologico*), notavit *Guilielmus Philander* annot. in *Vitruvium*:  
apud Latinis tamen non nihil diſcriminis habere, ab eodem additur. genere quippe mutato i-  
pſam commutari ſignificationem rectè eſt *Vitruvius* complures obſervavit ſic ille *l. V. c. 11. pro-*  
*ximè Xyſtum*, inquit & duplicem porticum deſignantur *hypæthrae* ambulationes, quas græci  
*ἐν ξυſτῷ*, noſtri *Xyſta* appellant, unde nec ineleganter à *Budeo* dictum eſt: *Xyſtus* &  
*Xyſtum* ſignificatione differunt, cum tamen ambo græci ſint idem, ſed aliter latine uſurpa-  
ta. Hinc minus curatè *Mercurial. l. de re gymnaſt. l. c. 9.* voluit tam græcis quam latinis eas voces  
ſignificatione diſſerre. Abiit quoque à mente & verbis *Vitruvii* *Alex. Neap. G. D. L. 3. c. 9.*  
cauſatus, quas græci *hypæthras* ſ. *paradromidas* vocant *Xyſtos* eſſe, cum *Xyſta* à *Vitruvio* appel-  
lentur. Enimverò, quæ ſubdialia erant ambulacra ſ. athletarum arenæ, ubi ſudo cœlo exercitiis  
palæſtricis vacabant, *Xyſta*, quæ ſub tecto autem ſunt porticus longæ, amplâ latitudine, ubi athle-  
tæ hyeme exercebantur, pugileſque luſtabantur, *Xyſtos* diſtinctè appellavere Latini, monente *O-*  
*nuphr. Panvin. l. 2. de ludis circenſibus c. 1.*

S. 3. Hæc adeo *Xyſtorum* apud veteres ratio fuit, ut loca eſſent exercitiis palæſtricis ac certâ  
minibus gymniciſis dicata; cui quidem uſui æſtate *Xyſtum*, hyeme verò *Xyſtus* interviebat. Hæc  
*Tertulliano* lib. *ad martyres. c. 2.* per *ſtadia opaca* & *porticus longas*, non malè intellecta cre-  
dantur: prout rectè annotat *B. Rhenanus*: *ſtadia b. e. exercitii loca domeſtica ad geſtationem,*  
*curſum & deambulationem reddebant opaca ſylvæ, quæ inter porticus in ædificiis veterum con-*  
*ſita erant: nempe nunc platanones, nunc daphnones, h. e. plataneta & laureta, in quibus etiam*  
*prodeambulare ſolebant veteres, eratque ſtadium Viridario conjunctum.* Pariter *Paulanias* *Elia-*  
*cor. poſter. ſ. Lib. VI. p. 338.* huc reſpicit tradens, in *Elide* memoratu dignum eſſe *gymnaſium ve-*  
*tus* in quo athletæ, priuſquam in *Olympiam* descendant, ea omnia faciunt, quæ ante certamen  
feri mos ritusque majorum poſtulet; *πλατάνοι μὲν ὑψηλαὶ ἀγὰ τ' ἀρόμων περιφύρασι ἐν τῷ*  
*ποίῳ. intra maceriam in ambitum curriculum proceræ platanæ conſita ſunt, ὃ σῦμα αὖ*  
*ἐν τῷ αἰβόλῳ καὶ αἰτῷ ξυſτὸς*, quibus egregiè ſuffragatur *Caſaub. ad Tranquill. l. 2. c. 72. in*  
*Xyſtis* dicens, per hibernam ſolem de rebuſ gravibuſ vel inter ambulandum, vel ſedentes tracta-  
bant: in nemoribus per æſtatem umbram & opacitatem captabant. Inde & *Panvinus l. ante c. du-*  
plicia apud græcos *Gymnaſia* fuiſſe affirmat, æſtivum alterū, alterum hibernum, quod *Xyſtus* etiam  
dictum fuerit. Commeminit idem, quod *Xyſtum* quoque arena vocetur à tenuiſſimo illo aridoque  
fluminum pulvere, in quo ſub dio æſtate athletæ exercebantur: ſparſam quippe in huiſcemodi  
æſtivis *Gymnaſiis* ſ. *Xyſtis* arenam fuiſſe, addit, quò commodiùs & minore in periculo athletæ  
decertarent: unde intelligere optime dabitur illa *Virgiliana* lib. 6. *Æn. Pars in gramineis exer-*  
*cene membra palæſtris, contendunt ludo, & fulvâ luſtantur arenâ.* *Gramineæ* *Maroni* dictæ ſunt  
*palæſtrae*, quæ *Xyſta* alias ſunt *Vitruvio*, ut pote inter *viridaria* & nemoroſa arborum concinnè diſ-  
poſitarum *plantaria*, (uti ea vocat *Perſius ſat. 4. quinque palæſtria licet hæc plantaria vellant*),  
Eadem *fulvæ arena* appellantur, quod reperat *ſparſam gelidus gladiator arenam*; licet inter-  
dum & eouſque proceſſiſſe luxuriam, ut auri ſcobe *chryſocollæ* ve arenam ſpargerent, exempla *C.*  
*Cali*

Caligula & Neronis doceant. Ad verba Tertull. apologet. adv. gentes. c. 38. Nihil nobis est dictum, visum, auditum, cum atrocitate arenarum, Xysti vanitate &c. dum in paraphrasi Franciscus Zephyrus sic commentatur; quid magis vanum quam in Xystis gymnasiisve preludia quasi ludorum exercere, eximie notat Franciscus Junius (cujus notæ extant in edit. Pamel.) xystum abletis & conjugii Alex. Neapl. 3. c. 9. percommodè tradiderit.

§. 4. De etym. vocum non eadem auctorum mens est. Quibusdam Xysti origo deducitur à *ξυστή* *hastâ*, vel *elo spiculobe*, quo usi athletæ vel palæstritæ fuerint, *Xystophori* inde dicti: Aliis *δοξή* & *ξυστή* polire, stringere, idè quod ceromate ac pulvere uncti athletæ *strigilibus* ibi raderentur, sc. qui *strigiles* asservabat defricandis corporibus, *xystrophylacem*, & qui *strigilem* *lecythumq;* in balneum vel Gymnasium deferebat, *Xystrolecythum*, fuisse dictos è veterum monumentis constat. It enim nudi athletæ luctaturi in xystis aderant, sic oleo delibuti pulvere conspergebantur in *consteriis* ante certamen, ut prensiones essent firmiores, nec lubricæ, qualem pulverem luctatoribus ex *Ægypto* deferri solitum fuisse, Tranq. in *Ner. c. 45.* & *Plin. l. 35. c. 13.* annotarunt. Nudos unctoq; certasse athletas declarat *Achillius Eretriensis* *de bonâ abletarum valetudine*, cum ait: *Nudi obijciunt tum splendida isti brachia. Multoq; olivo pectus unguunt & pedes.* Talem quoq; *Phyromabum* è certamine venisse meminit *Posidippus in epigrammatibus.* Et *Pausanias Eliacorum primo s. l. V. p. 297.* exinde, quod *Callipatira* s. *Pherenice* aliis dicta, viro mortuo, cum virili ornatu exercitationum se magistrum simularit, at femina dein agnita fuerit, lege sancitum esse tradi, ut nudi ad ludicrum ipsi etiam magistri adessent. Idem in *Atticis s. l. 1. p. 82.* de *Orsippo* refert quod, cum subligaculo *Gymnicos* ludos obire consueisset *κατὰ δὴ παλαιῶν ἐστὶ τὸ ἀθλητῶν* veteri abletarum more, *ὀλύμπια κύρια στίδιον δραμῶν γυμνός* in olympico certamen *curriculum nudus* vicerit; addens, sibi persuasum esse, non invito *olympia* subligaculum delapsus, nempe qui novisset sine eo multo *quævis* ad cursum expeditiorem esse. Equidem fibulatis olim campestribus græcos agonistas produisse *Thucydides primo historiarum* meminit, testaturque *Dionys. Halic. Antiqu. Rom. l. 7. p. 475.* quod τὸ μεν ἄλλο σῶμα γυμνὸν, τὸ δὲ πρὸς αὐτῷ κατὰ τὸ πρόσωπον idem fuerint, qui mos quoq; *Romæ* ad sua usq; tempora manserit, pariter ut olim in *graciâ*, in quâ nunc amplius hanc obtineat, primum enim nudasse eorum corpus, nudumq; in *Olympico* stadio decurrisse *Acantbum Lacedæmonium* olympiade decimâ *quintâ*; insigniter subjungens: *ὅτι τῶν δὲ ἀθλητῶν ἔχον ἀπασις ἔδλωσε ὅλα γυμνὰ φαίμεν ἐν ταῖς ἀγῶναις κατὰ σῶματα.* Sic *Homerus* succinctos inducit heroas: *Ἰάκω* quippe & *Ulyssis* luctam ludis in *Patrocli* honorem funebribus narrans ait: *τῶ δὲ ζῶοντι βήτην ἐς μέσον ἀγῶνα.* Hi duo succincti medium in certamen iere: & *luculentius* in *Odyss. Iris* & *Ulyssis* luctam exponens *ζῶοντι*, inquit, *μὲν πάντων πρὸς μύθεα* pannis præcinxit genitalia. Meminere unctiois istius athleticæ & consperforum pulvere *Larenâ* agonistarum *Lucan. l. 4. Pharsal. perfudit membrâ liquore Hospes Olympiaca servato more palæstra, Auxilium membrâ calidas infudit arenas.* & *Stattius* alicubi: *postquam oleo gavisa cucu, Tū medios artus alterno pulvere siccant.* sapissimè *Martialis* quoq; præcipuè *l. 4. epig. 19. seu lentum ceroma ceris. Gl. V. epig. 66. Castigatum Libya ceroma palæstra.* conferantur, si cui lubet, de unctioe *Mercurial* *l. 1. c. 12.* & *Turneb. l. 16. c. 15.* de ceromate *P. Faber Agonist. l. 2. c. 2. c. 5. ac 22.* *Lambertus Hortensius 4 Lib. 4. Lucan. Collectum itaq; in palæstra & consterio* pulverem, unâ cum sordibus & ceromate in balneis destringere medicinalium munus fuisse docet *Rader. comm. ad Mart. l. 14. epig. 47. p. 839.* inde *δοξορύμι* dictus, cui id cor tigerat. Aliam derivati à *ξυστή* Xysti rationem exponit *Pausan. Eliac. post. s. l. VI. p. 389.* quod *nirairum Hercules Amphitryonis* filius ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus se confirmans, *sentes omnes, qui pullulassent in Xysto Eliaco, ἀνα ξυστήν* vellere ac e-radere sit solitus.

§. 5. At verò plura erant certaminum genera, quæ à Græcis ad Tuscos, inde ad Romanos translata, si non omnia, aliqua tamen ex iis in Xystis atq; ac *Circo* obtinuisse è veteribus monumentis oppidè liquet. Quum enim vis ludorum crevisset, è circo abletarum certamen sublatum, & ad stadium ac Gymnasia primum pro his constituta translatum esse probat *Panvin. de lud. circ. l. 2. c. 1.* Meminere quinq; certaminum *Simonides anthol. l. 1. epig. 1. ἰσθμια καὶ πύθοι Διοφῶν Φιλῶν ἐνίκα, ἀλμα, δισκῶν, ἀκρόνιον, δρόμου, καὶ πάλη.* Et licet ab aliis octo recenseantur græcorum ludj quibus juvenus exercita fuerit: *stadium, diaulus, Dolichus, boplite, pygme, pugilatus, pancratium, pale* s. *ludæa*, & *halma* s. *salmus*; ad Stadium tamen dum tria ista *Δολιχῶν, Πυγμαλῶν, & Ὀπλίτης* s. *ὀπλίτης* percommodè referri possunt, maximè cum variaretur saltem cursus, in *Diaulo* nempe, ut bis obirent stadium ac mox regrederentur cursores, in *Dolicho*, ut sapius repeteretur cursus, vel à septem stadiodromis confieret; in *boplite* idem armatus esset, inductus referente *Pausan. in Eliacis* quinta supra sexagesimam olympiade, & cum plausu in stadium receptus; prout armatos juvenes ab apparitoribus ludi inductos esse tradit *Liv. l. 44. p. m. 976.* ut aded hæ certaminum species sub uno genere facillè contineantur; manet *pentachlum* græcis, Latinis, interpretè *Festo,*

quinq;

quingvertium, à quingve ἄλλοις, artibus & exercitiis dictū, unde & quos *pentathlos* Iudiones græci vocare vel πενταθλήτων, cum Paulaniā, Livius *quingvertiones* nuncupat. Meminit horum Xenophanes Colophonius in elegiis: quod si quis levitate pedum certamina tentet, peniarblum si quis est ubi sylva Jovis. Hic prope Piseas undas ubi surgit Olympu, seu gravis ars pugilum, sive palaestra juvat, seu grave bellum quod dicunt pancrationilli. Appositissimè huc collimant illa Philosopherum primo Rhetoricorum: Agonistice, inqvientis, sive certatoria corporis virtus magnitudine constat, vi, seu robore & celeritate: celer namq; robustus est; qui verò pedibus diu ac scitissimè movetur, (s. ut reddit Scalig. l. i. poet. c. 22 qui iactare certo modo crura, porroq; movere pot est,) dromicus est seu cursor: qui ad ver primum premere ac retinere valet, palastricus i. e. luctator, qui autem plagas impingere pœst, ἀληκτικός i. e. pugil ac percussor, qui duobus his præcellit, pancratiastes, qui his omniis, pentathlg existit.

§. 6. Primò omnium cursu certatum esse luculenter arguunt Paulaniā & Dionys. Halicarn. Ille cum in *Eliaci* disertis verbis affirmat: Δρόμος μὲν ἀθλῶν ἐπισημώτατος ἔστιν ἐν Λακωνίῳ s. l. 3. p. 181. tradit, Jcarium penelopes patrem ἀγῶνα δρόμου pncis proposuisse, inqve eo certamine Ulysses victorem fuisse. Pariter Danaum cum nancisci non posset qui filias ipsius ducerent parricidio pollutas, hujusmodi eas elocandi rationem misse: *cursu certamine propofio*, is qui ceteros prævenisset, quam è filiabus mallet, ducebat. Subungit p. 180. apud Lacedæmonios locum fuisse Δρόμο, qui suâ quoque ætate adolescentibus ac cursus meditationes sit attributus. Hic quando *Antiqu. Rom. l. 7. p. 479.* περὶ τῶν δρόμων inqvit, ἀγῶν οὗ δρόμου. Ceterum, *velequestre vel curule, vel pedestre cursu certamen* erat. Si ἀλδύκτις, seu singulis currerent equis, ἵππων καὶ ἀμύλλαι, vel τῶν ἵππων ἀμύλλαι erant, ut à Dionys. Halic. *Ant. Rom. l. 6.* appellantur: & δρόμου ἵππων (l. 2. p. 100.) δρόμων πρὸς ἀλδύκτων in ludis Consualibus peractus memoratur Sic ap. Pausan. in *Eliaci* traditur, quod Jasius Arcas κληθὴ ἐνίκησεν ἵππων δρόμου desultor. o e quo vicerit incertamine equestri. Commeminit desultoris missi. Liv. L. 44. p. m. 976. his verbis: nec semel quadrigis, semel desultore missi, vix unius hora tempus utrumq; curriculum complebat. In agone curuli, bigis, trigis, vel quadrigis certabatur. Δρόμου δὲ δύο ἵππων πρὸς ἀμύλλαι κληθῆσαι Bigorum integrâ ætate equorum cursum bigas vocant, verba sunt Pausan. in *Eliaci*. Trigariorum certamen priscum & heroicum quo græcos quondam impugnis usos esse recenset Homerus, è descriptione Dion. Halic. *A. R. L. VII. p. 49.* tale erat: δύο ἵπποις ἐξ ἀμύλλαις, ὃν ἄλλο τὸ πρῶτον ἀμύλλαις τρεῖς τὸ δεύτερον σπειράει ἵππος, ἑὺτήροισι χόρδαι, ὃν ἄλλο τὸ πρῶτον ἀμύλλαι καὶ σπειράει χόρδαι πρῶτον ἐκάλει οἱ παλαιοί. duobus equis bigarum in morem junctis adungebatur tertius funalis loramentis adnexus qui πρῶτος, dicebatur priscis, inde quod appensus atq; adiunctus esset. Quadriga quatuor equis junctis constabat; quorum duo jugales erant, dexter ac sinister, duo pari modo funales. In medio duo jugales inter utrumqve erant funalem, adeo ut omnes quatuor equi æqvata fronte irent, secus ac aliis visum est, quibus hodierno more in quadriga & olim sic quatuor equos junctos fuisse placet, non uti omnes conquæternati, æqvata fronte procederent, sed, binos funales junctim præcedentes bini jugales intersequerentur. Longe aliter veterum quadriga se habebat ceu passim è monumentis nummisqve videre est. Equidem antiquitus sic quoque quatuor equi jungi solebant, ut duplici temone equis interjecto, nulli funales, omnes jugales essent, quorum duos sinistros temo unus, duos dextros temo alter interjectus continebat. Ceterum immutatâ deinde isthac ratione, sic ut unus tantum in curru servaretur temo, medii saltem duo equi juncti sunt jugo. eosqve singulos ex utrâque parte loro vincti duo reliqui comitabantur. σπειράει & ἀμύλλαι dicti, ideo quod utrinque ad latera jugalium loro adnexi funibusqve alligati irent. Constat hoc luculentissimè è Paulan. *Eliaci. post s. l. VI. p. 362.* quando statua Cleosthenis primi τῶν ἵππων τροφῶντων ἐν ἔλλησι omnium qui equorum alendorum studio apud Græcos inclaruere, inscripta fuisse, ait, nomina equorum, quibus in quadrigarum certamine, in olympiade 66. vicerit: Φοινίξ καὶ κέραξ φθωαίχ, & Corax: ἐκ τῶν δὲ τῶν ἐπὶ τὴν ἑξήκοντα καὶ μὲν τὰ δεξιά κνακίας, ἐν τῇ δὲ δεξιᾷ Σάμος & qui eodem iugo utrinque juncti sunt, ad dexteram Cnacias, ad levam Samus. unde elegi ascripti legantur: κλεοθένης μὲν ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ ἑπὶ δρόμου Νικησοῦς ἵπποις κλέων ἀγῶνα Διῶ. Cleosthenes posuit me Pontius ex Epidamno victor equis palma clarus olympiada. Fœnerant hæc non nihil lucis isti Martialis effato. l. 7. epig. 6. Adeoq; mentes omnium tenes unus, ut ipsa magniturbæ nesciat circi, utrumne currat Passerinus an Tigris. Innuitni mirum Poëta, quod præ Cæsaris Domitiani desiderio, vix attendat aliquis, qui stadio contendant Passerinus & Tigris; equi eâ ætate celeberrimi, non cursores, uti perperam aliquibus visum est; Neq; tamen illi equi singulares currebant, sed in curru juncti, ut duæ adedò intelligantur quadrigæ, in quarum alterâ præcipuus equus Passerinus, in alterâ Tigru equus primus, uterqve funales sinistri erant O nuphr Panvin. l. a c. in fragmento veteris inscriptionis quæ in Basilicâ petri de urbe in tabulâ marmoreâ visatur equi Passerini mentionem esse factam memorat.

ite proditum reliquit. Nec obscure idem licet colligere ex oppositione asellorum, quando Marti  
*l. 12. epig. 36. eximie concludit: Vis cursu pedibusq; gloriari, Tigrim vince levemq; Passerinum,*  
*Nulla est gloria præterre asellos. Calcem* vocarunt veteres locum illum circi qui creta præductus  
 fuit, (unde Propertio dicitur *hæc spatia ultima creta iuis*), non quod calce pro creta uterentur anti-  
 qui, sed quia finis ibi stutus quadrigarum cursibus post ultimum metarum flexum, Græcis *πρῶ-  
 τος*, unde emittebantur quadrigæ *carceres dicti & ostia*, circa quas flectebant in cursu, *meta*, ubi sta-  
 bant ad palmam accipendam post spatia peracta, *calx & creta*, calx quod terminus esset currendi,  
 creta quod albo notatu esset locus, isque à Varrone intellectus in eleganti illo: *Nemini fortuna  
 currum carcere emissum intimo, Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem finit.*  
 Etenim ut disertis verbis Sen. *ep. 108. ait, quæ nunc in circo cretam vocamus, calcem antiquè  
 dicebant;* unde & metam quò conspicua esset creta signabant: hinc Lucret. *prescripta ad  
 candida calcis, & Cicebni à calce ad carceres:* Ammiano autem Marcellino non semel proverbialiter  
 est dictum *ultra calcem currere. Pedestris cursus certamen*, non tam nostris quàm Dion.  
 Halic. *A.R.L. VII. circi finem verbis exponere lubet: πρῶτος ἀγὼν ὁ τῆς πρῶτης ἡμέρας ἢ ὡς  
 ὠρίδων ἢ τῆς ἀλευπτοῦ πρῶτων ἐγένετο δρόμος* primuserat quadrigarum, bigarum, singularium-  
 que eorum cursus, Epaulò post: *ὅταν πάλῃ αἱ τῆς ἰππέως ἀμιλλὰς λάβωσιν, ἀποπηδῶντες  
 ἀπὸ τῆς ἀρμάτων οἱ περὶ χόμης: πῆς ἠνιόχοις ἐς οἱ πιηταὶ ἔδν ὄρα βάτας, & Ἰωάνη ἢ  
 ὄρα βάτας, πῆν σαδῆν ἀμιλλῶνται δρόμον αὐτῶν πρὸς ἀλλήλας* finito equestri certamine,  
*viri qui aurigis in viribus assidebant quos poëta parabat, Athenienses vero apo-  
 batas vocant, desilientes è curribus ipsi stadium inter se certatim decurrunt πῆς ἐαυτῶν  
 σώμασιν ἀγωνιζόμενοι* Illorum qui primus pernici celeritate & volucris meatu circum me-  
 tas circi cucurrisset, palmam obtinebat, ut is qui apud græcos primus stadii metam attigisset, cura-  
 sus victor erat. Refert Pausan. in Laconicis, quod Anchion *de stadio* quatuor, *de dianlo* vero s. ite-  
 rato curriculo tres palmâs tulerit, quodque, Ladas *ἐπεφαιούθη δολιχῶ κερατῶν de longiore curri-  
 culo sit coronatus.*

§. 7. Saltus certamen gymnicum erat teste Isidoro *l. 18. c. 10. quo* athletæ in arenâ s. stadio  
 vel Xysto invicem saltando decertabant, ita ut is victor esset, qui longius spaciū saltando con-  
 fecisset. pars unde profiliebatur, *βατήρ* dicebatur, saltandi mensura *canon*, terminus autem nun-  
 cupabatur *ἐσκαμίδα* quasi effossa dicas; unde in eos qui metam transfiliunt, concinnatum adagiū  
*ὑπερ πῆ ἐσκαμίδα τῆς πῆδων saltu sulcum transmittere.* Prout verò *ὡς τῆ ἀσπίδος δρόμος*  
 iuxta Pausan. in Laconicis erat: sic χορεύων ἢ κίνησιν ἐνοπλίον ἢ τὴν ἐν τῆ ἀσπίδι ἰσόφορ saltationem  
*armatam quæ ad tibiam rhythmico motu in armis sese motabant & in clypeo crebros  
 strepitus gladiolis ciebant, Curetes primos instituisse,* annotatum reliquit Dion. Halic. *A. R.; Ld  
 2. p. 130. de variis præterea saltationum generibus V. integrum cap. 43. Lib. 1. Jul. Cæs. Balenge-  
 ri de teatro.*

§. 8. *Factus disco* peragebatur, isque victor erat, qui orbem lapideum vel æneum  
 brachiorum viribus exceptum contentis in aerem viribus iactare, aut longius in tra-  
 ctu vel propius signatum scopum projicere nōrat, ita ut quantum quisque viribus præ-  
 staret, *ἐπιβῆναι ἐπὶ τῆ ἀσπίδος* inquit *ἐπὶ βαρῶς λίθου ὃν ἐπιπέδον ὡς  
 γυμναζόμενοι, πῆν γὰρ σιδερεῖν σόλον περὶ σφαιροῦσι.* *Discus est lapis gravis, quem projiciebant  
 se exercentes ferream eam massam vocabant.* Animadversum est à Pausan. *Eliacor 2. quod in Si-  
 cyoniorum thesauro disci πῆν ἀρετῶν ἀνάκεινται τρεῖς ἐς ὅσας ἔπειτα δὲ τὸ ἀγώνισμα  
 ἐσομιζοσι disci collocati sint tres, qui ad quinqvertii ludicrum promantur.* Idem in Co-  
 rinthiacis de Perseo memorat, quod *ἔδισκος χαίρων τῶ ἑρήματι disci à se inventi gloria  
 elatus, dum artem in hominum conventu ostentaret, Acrisium adverso fato interveni-  
 entem disci impetu occiderit;* Et in Eliacis ex Ætoliâ in exilium abiisse dicit Oxylum: *δοκῶντα γὰρ  
 φασὶν ἀμείβεσθαι αὐτῶν καὶ ἐξεργασσοῦσα φόνον ἀκυσσον quod disco ludens imprudenter ho-  
 minem occidisset.* Plinio *l. 2. c. 36. discoboli* dicuntur, quos dum ante exercitium disci inunctos  
 esse negat Pet. Faber *l. 1. agon. disertissime* ab Ovid. *l. X. & XII. Met.* refellitur his verbis *idipsum  
 edocente: corpora veste levant & succo pinguis olivæ splendent, latique ineunt certamina disci.*

Antiquissimam certè *discοβολίαν* esse ex Homero addiscitur, qui de agonibus apud Phæacas Odyssi disci  
 mentionem injicit: *ἤξει ἢ αὐτῶ φάρεσι αἰαίχλας λάβε δίσκον.* Apud Lacedæmonios usque ad eò  
 invaluisse usum projiciendi disci, ut & virgines nondum adultæ sed acerbæ adhuc ex instituto Lycurgi  
 hoc genere exercitii impensissime delectarentur, memoriæ prodiderunt, Xenoph. in *Republ. Lace.*, Plato *l.  
 de legibus 3. de republ.* Plutarch. in *vita Lycurgi*, Tiraquell. *de legib. connubialib. & Alex. Neap. G. D. l. 2. c. 25.*  
 Non mirum inde Martiali *spartanum* fuisse dictum *l. 14. epig. 164. discum: splendida quæ volissent spartani  
 pondera disci. Este procul pueri, sit semel ille nocens;* alludit is omninò ad mortem Hyacinthi pueri Amyclæ  
 Lacedæmoniorū Regis filii; ceu Pausan. in *Laconicis, & Nicander in Theriacis* referunt, œballi dicti ab Oēba-  
 lia Laconia urbe, cui nomen Oebaly conditor dedit, à phæbo iactu disci imprudenter occisi, id quod eviden-  
 ter arguit *epig. 173. ejusdē Martialis: Flehit ab invito morientia lumina disco, Oebaly phæbi culpa dolorque puer.*

§. 9. *Lucta* Latinis à motu, græcis *πάλη* à concussione dicta (monente Scal. poet. *l. 1. c. 21.*) conflictus erat  
 athletarum, quo alius alium in terram prosternere nitebatur; in porticu quippe tectâ quæ xystus vocabatur  
 lucta-

luctatores bini nudi oleo delibuti & pulvere aspersi (quo mollior esset nexuum comprehensio,) sese brachiis complicantes, invicemq; concertantes alter alterum humi dejicere contendeant, usi inprimis impulsu & tractu, pressione & supplantatione, ut non caderetur concertator, sed posterneretur, comprehensis quammaximè pedibus, ad quod Plautus alludit de vino in pseudolo dicens: *captat pedes primum: luctator dolosus est;* sic uti victor haberetur qui stabat, vel pugnis praevaluerat, victus, qui in terram ceciderat, vel succubuerat.

Inde Sen. l. 5. de benef. c. 3. *Luctator ter abjectus perdidit palmam, & tradidit.* Pausan. in Atticis *παλαιστικὴ πύλη* palastricam Theseum primo invenisse proficitur, & ab eo profectam esse palastricam disciplinam, ut potè, qui etiam luctandi arte superavit. *καταπαλαιστῆν* Cercyonem omnibus ceteroq; secum colluctantibus antea superiorem; subjungens: *ωὐκ ἔστιν ἵ ἐχρῶντο μετέδει μόνον καὶ ῥάμη πρὸς τοὺς πάλας* cum ante solâ corporis magnitudinem in luctâ certaretur. Idem in Laconicis notat, quod Tisamenus ab Andrio Hieronymo *καταπαλαιστῆς* in luctâ superatus sit.

§. 10. *Pugillatus* demum vel nudos pugilibus pugnos concedebat, quibus pugnaret, *πυγμαχία* inde dicta & quos intelligit Prudent. cont. Symmachum: *Tum mastigophorâ oleoq; & gymnâsiae arte unctis pugilibus miles pugnabat Hetruscus;* vel myrmecibus loribus & cæstibus armatos, quod crudius certamen erat, unde & Virgil. l. 3. *En. crudo pugnam committere castu* dicitur, quale à Darete cum Entello initum egere est apud eundem. l. 5. *En.* Erat namq; cæstus genus clavæ pilas plumbeas, loribus bubulis in acutum attenuatis appensas habens, quo ad carpum utriusq; manus revincto invicem cadere istumq; declinare & excipere noverant pugiles, inde

*ωληκλήρι* Philosopho superius appellati. Erat præterea pugilum lanistarumve alius *myrmillo* s. *secutor*, alius *retiarius*, iste *gallus*, hic *thrax* dictus. *Myrmillones* gallos peculiari modo armatos fuisse constat tum ex Amm. Marcell. locis lib. 6. *Vulneribus declinandis intentus, seq. in modum myrmillonis operiens hostium latera, quæ nudabat ira flagrantior, distinctis gladiis perforabat & 24. de persis: pedites in speciem myrmillonum contenti iussa faciunt:* tum è Festo, *myrmillonicum* inquit, genus armaturæ gallicum est, ipsiq; myrmillones ante galli appellabantur, quorum galeis piscis effigies inerat, quibus gemina habet scholiastes in sa. VIII. Juven. *Liquet idè è Lips. 7. sat. c. 10. gallos dictos myrmillones autumante, quod gravitate armaturæ viderentur reperere,* (vel

uti *μύρμηκα* formica onusta) non incedere, unde & *crupellarii*, *crupellares* & *prorep* dicti fuerint, quorum meminit Tac. l. 3. *ann. adduntur*, inquit, è *servitiis gladiatorum destinati* quibus *morgentico continuum ferrè tegmen, (crupellarios vocant), inferendū istibus inhabiles, accipiendū inpenetrabiles.* In congressu *myrmillo* scutum falcemq; sumebat ac galeam, cujus summo cono inerat effigies piscis: *retiarius* verò fuscinam & rete sub scuto gestabat tunicatus, quo adversarium involveret, implicitumq; viribusUPERARET. conf. Isidor. l. 18. c. 5. quare & *retiario* pugnantem adversus *myrmillonem* eumq; cæstum primo congressu euntē persequenti accinebatur notante Festo: *Non te peto, piscem peto quid me fugis galle?* Traditur id inventū esse à Pittaco, uno è septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus ob controversias finium, quæ Atticis erant cum Mitylenais, reti occultato impediverit phrynonem. conferatur idem confirmans Strabo l. 13. Mentio fit utriusq; & *myrmillonis* & *retiarii* apud Juven. sat. VIII. istius, cū ait *nec myrmillonis in armis, Nec clypeo Græci in pugnantem, aut falce supina:* hujus, quando pergit, *movet ecce tridentem, postquam librata pendentia retia dextrâ Nequiquam effudit, medium ad spectacula vulgum Erigit, & totâ fugit agnoscendis arenâ. Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se porrigat, & iungo jaçetur spira galero, Ergo ignominiam graviorē pertulit omni vul-*

*nere cum Græco iussus pugnare secutor:* ad quæ poëtæ eximie *ωὐραραζέει* Federic. Cerutus p. 109. *Græcua habitu retiarii fuscinam movebat, postquam in cassum injecerat retia quibus myrmillorem illaqueare studebat:* deregebat vultum, utq; à spectantibus dignosceretur, ad eos facie conversâ per totum theatrum effusè fugiebat. Credamus retiario, inermi & in solâ tunica, & cujus è galero oblongo aureus funiculus penderet. Conjungit utrumq; Aufon. in isthoc *quis myrmillonem contenditur aquimanus? Thrax Hermetè, quoq; Mart. l. 5. epig. 15. retiarium fuisse è fuscina colligitur, ut potè qui à poëtâ appellatur: Hermes a quo ore vincæ tridentis.*

§. 11. Princeps omnium penè è luctâ & pugillatu compositum genus agonis erat *pancratium*, quod qualeve fuerit non pari ab omnibus consensu firmatur. Ex Hermol. Barbari (ann. in c. 8. plin. l. 34.) sententia dictū fuerit *διὰ τὴν πᾶσι κρατεῖν* à vincendo omnia, quo quis dictis certandi generibus congressus omnibus vicerit; quæ forsitan ratio induxit Platonē, ut Euthydemū vocarit *pammachū* quasi *pancratiastēn*: etenim *pammachion* pro *pancratio* quandoq; legi monuit C. Rhodig. L. Nat. 13 ca. 30. Budæus prioribus pandectarum annot. observat *pancratium* fuisse *certaminis* genus, quod advocatus omnibus corporis viribus, omniumque ner-

vorum contentione transigebatur. Atq; hinc Clitomachum *παγκρατίας* & *πυγμῆς ἀγώνιστῶν* censuerim docuisse ludorum præfectos *ius esse, ut pancratium committeretur integris corporibus, priusquam vulnus ullum*

*è pugillatu acciperetur, recentente Pausania in Eliacis;* pariter ac à Romulo Amasio *παγκρατίας ἀγὼν* exponitur qui toto corpore certaret. Feminas etiam *pancratio* inclaruisse evidenter nosse datur è Propert. l. 3. eleg. 12. ad sparten de ludis Laconicis: *Multa tuæ, sparte, miramur jur a palestra, sed mage virginis tot bona gymnasii, pulcherrimèq; ad extremam stat femina meras, & patitur duro vulnere pancratio.* &c. *Pancratium* est,

quod Martialis vocat *ἀνακλινοπάλη*; Equidem legitur communiter apud eundem l. 14. epig. 201. sub lemma *mate palastricæ: Non amo qui vincit, sed qui succumbere nôrit, & didicit melius τῶ ἀνακλινοπάλη.* sed contrario sensu multumque à mente poëtæ ablutente, unde substitutâ in locum non voculâ *Hunc* commodiior sensus emergit: *Hunc amo qui vincit,* qui enim poëta profiteretur se non amare palastricam vincen-

tem? utiq; eum se amare dicit, qui vincit, hac tamen lege, ut succumbere nôrit, qui *ωὐρίνεται ἀνάπιν* *πτραμνός*, ut ait pindarus, *ὡς οἶον πίνων*, *pancratium* nempe erat dicebaturq; *ἀνακλινοπάλη*, quod *ἐν τῷ ἀνακλινοπαίῳ καὶ ὑποπάλει* plerumque exerceretur ad distinctionem *τῆς ὀρθῆς πάλης*

si luctæ quæ & *ὀρθοπάλη* unâ voce dicebatur, quod à stantibus & erectis pugnaretur, in quâ vicisse erat adversarium solo dejecisse, ut contra, victi ignominia cecidisse. Secus omnia in *pancratio*, in quo & succubuisse erat artis: nam & humi volutantes nexus suos expediebant impediabantq; adeo ut superiores viribus desponderet, ac victum se fateretur. Facit huc apprimè quod Pausan. in Arcadicis s. l. 8. p. 520. notavit, *phigaleisibus in foto Arrhachionis pancratiastæ statuam esse, de quo fama ferat, quod cum victis aliis adversariis unius, quo cum de oleastro certaret, reliquis esset, hic eodem impetu & pedibus præventum Arrhachionem insinxerit, &*

*ἔταυσε.*



manibus eorum obstrinxerit; istius vero digitum pedis Arrhachion infregerit, & dum strangulatus animam jam aegeret, pra' digiti dolore eodem temporis momento adversarius corruerit. Nimirum ἐς γαῖαν ἐπὶ τῶν ποταμῶν πύμαχος pancratiastæ hanc artem habebant, ut vincerent velut in terram cadentes ac resupinantes se; nam & calcibus & cubitis non modo pugnis & omni petulantia manus, pancratiastas vios fuisse è Quintil. l. 2. insit. Orat. optimè addiscitur: sicut ille, (inquit) exercendi corpora peritus non si docendum pancratiastem suscepit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt ejus certaminis.

Ut adeo malè Suidas per pancratiastas intelligi voluerit athletas pyctasq; χερσὶ ἔμοι πικτομαχέν τοῖς manibus pedibusq; in iugillatu decertantes, unde & nominis promi ratio videatur, quod corporis totius conatu ac virium infusione in pugnam confurrexerint. Hi sunt quos lubricos tortuososq; pugillatu & nexibus palestritas nuncupat Sdon. l. 2. ep. ad Domitium; nec minus eximie à Cypriano plebi in Evangelio stanti de his acclamatur: quam pda ista luctamina? Vir infra virum jacens & amplexus inhonestis nexibus implicatur. Pariter huc omnino colineant illa Tertull. de spectac. c. 18. palestrica, inquietis, diaboli negotium est, primos homines diabolus elisit: ipe gestus colubrina vis est, tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad elabendum; quamvis Ulpianus l. que actione s. si quis. ff. ad leg. Aquil. respectu ejus, qvi dum exercetur, in colluctatione, vel pancratio, aut pugillatu aliquem oppressit, vel occidit, Aquiliam cessare censet, quod gloriæ causa & virtutis non in iuriæ grata videatur damnum datum. Quod rectè displicet Christianis.

§. 12. A Xystis Xysticidicuntur & Xystarches. Xystici vel quod in Xystis sub tecto se exercerent, vel quod Xystis s. hastis decertaret athletæ, utri liquet è Tranquill. in Aug. c. 45. Nec in eo minus aut Xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas severissime semper exigit, & in Galb. c. 15. Liberalitates Neronis revocandas curavit, ut si quid scenici vel xystici donatum olim vendidissent, auferretur emtoribus. Prodidit memoriæ Alex. Neap. G. D. L. 3. c. 9. in veteri quodam sepulcro inter semiruta vestigia in Quirinali literis mirandæ vetustatis, situ & senio penè oliteratis extantem à se visam lectamqve inscriptionem istam: L. Thenedorus Xysticus Paridi thymelico bene merenti fecit idemq; vetus epigramma exhibet Onuphr. Panvinde Lud. Circ. l. 2. c. 1. A Jure consulto Ulpiano iter athletas adnumerari Xysticos, hæc, manifestè evincunt, quæ è responsis abini & Cassi i adducuntur vena l. athletas ff. de his qui nor. in sa: Athletas omnino artem ludicram non facerent: virtutis enim gratià hoc facere & utile videtur: ut neq; thymelici neq; Xystici (in vulgaribus editionibus perperam legitur exustici), neq; agitates neq; qui aquam equis spargunt ceteraq; eorum ministeria qui certaminibus præsentantur aut deserviunt, ignominiosi. Quibus affinia sunt ea quæ in edictis prætorum habentur: gladiatores, pugiles, & thymelici & pancratiastæ, Xystici, palestrite, & arenarii, Thraces, mirmillones, sequutores & retiarii omnes athletarum numero habentur. Præclare arbitratus etiam est Tertull. l. de spectac. c. 30. tunc (decretorio nimirum die) Xysticos, contemplandos non in gymnasiis, sed in igne jaculatos. τὸ δὲ ὄν ἀπὸ τῆς ἀλλαν Galenus Tom. V. operum lib VII. p. 42. animadvertit, quod vir Xysticus i. e. jaculator acopo (s. medicamento quod lassitudinem levat) & balagmate ab affectu quodam convalescit. Longè aliter vocem xystici adhibitam deprehendas apud Athen. l. 3. c. 4. utpote qvi notat, è pomorum quorundam esu succum per corpus distribui, qui Xysticus nuncupatur, (quasi radens atrabilis quibusdã), cujus meminerit quoque Praxagoras, eaq; quæ, non concessa rectè sint, crassiores succos habere.

§. 13. Qvi Xystis præeat, Xystarches vocabatur. Mentio sit hujus in antiquâ basi græcâ suppositâ olim statuar, quàm Hermodorus Hierapolitanus patri Demetrio erexit, cujus inscriptionem in foro Trajani exhibuit, Onup. Panvin. de Lud. Circ. l. 2. c. 1. his verbis: ὁ θεῖος εἰς οὐρανὸν ἐξέσσυ Αἰβίς ἐυσεβέχης &c. meminit etiam purpurati Xystarche Amm. Marcell. l. 21. Insignia præter hæc Tertulliani verba sunt l. ad martyres c. 3. Bonum agorem subituræ celsis, in quo Agonothetes Deus visus est: Xystarches spiritus s.

§. 14. Ceterum prout gymnasium pro omni loco, in quo aliquod exercitium fervebat, adhiberi postea sivevit, adeoque etiam pro ludo literario & scholis philosophorum, unde & à Cicerone gymnasia ac Philosophorum scholæ conjunguntur: pariter Xysti quoque appellationem Acroateriis locisque tribui posse, ubi literata instituuntur exercitia, è superius allatis haut obscure patebit; cum enim xysti porticus essent oblongæ, xysta autem hypæthræ ambulationes, in quibus utrisq; diversis licet temporibus corporum exercitatio solenniter excoleretur; hinc pro Acroateriis usurpatæ xystorum voces perquam commode loca acueudis animi viribus & polioendis ingeniis destinata adumbrabant. Sic Zeno, quod in porticu

doceret, quæ græcè σῶα dicitur, auctor stoicæ sectæ perhibetur; quodq; in peripato obambulare Aristoteles, peripateticorum, nomen introduxit. De Epicuro memoratur, quod scholam & conventus, ubi philosopharetur in hortis habuerit. Plato (quem, cum summus fuisset athleta, post multiplices victorias philosophiæ se dedisse notat Alex. G. D. L. 3. c. 9. in Charmide non malè in hanc rem scribit: palestra locum significat, ubi Viri docti ad colloquendum disputandumque conveniebant. Quandoquidem ergò & nostrum Xystum, majus nempe Acroaterium, auspice Deo & solerti restaurantium Favorum curâ nitidius jam exurrexisse conspexerimus, domicilium & mansionem eruditæ ventilationibus doctisq; concertationibus posthac porrò præbiturum, animitus vovemus, eveniant nova semper emolumenta & duratura floridi successus commoda restaurato huic Xysto, eruditæ palæstræ, & omnigenæ doctrinæ sacro delubro! Averrunceat protegens omnia clementissimi Numinis divini dextra, quæcunque nitorem vel splendorem ejus infuscare, aut defecere ullatenus qviverint. Sit ipse indulgentissimus agonothetes & benè certantibus gloriæ aliquando atque decoris adorem impertiat. Faxit benignissime, ut festiva, quibus redintegratum

Xystum dedicatumque Acroaterium majus audivimus, jubila abs posteris serisque nepotibus, continuâ felicitate resonantia audiantur, percipiantur decantatissima.



luctatores bini nudi oleo delibuti & pulvere aspersi (quo mollior esset nexuum comprehensio,) sese brachiis complicantes, invicemq; concertantes alter alterum humi dejicere contendeant, ubi inprimis impulsu & tractu, pressione & supplantatione, ut non caderetur concertator, sed posterneretur, comprehensus quammaxime pedibus, ad quod Plautus alludit de vino in pseudolo dicens: *captat pedes primum luctator dolosus est;* sic uti victor haberetur qui stabat, vel pugnis prevaluerat, victus, qui in terram ceciderat, vel succubuerat.

Inde Sen. l. 5. de benef. c. 3. *Luctator ter abjectus perdidit palmam, & iradidit.* Pausan. in Atticis *παλαιστικῶν τεχνῶν* palastricam Thefeum primo invenisse profitetur, & ab eo profectam esse palastritum disciplinam, utpote qui etiam luctandi arte superavit *Καταπαλαστῶν* Cercyonem omnibus ceteroqi secum colluctantibus antea superiorem; subjungens: *ὡς περ ἢ ἐχρῶν ὁ μεγάλαι μόνον καὶ ῥώμῃ ὡς τῶν πάλαι* cum ante solâ corporis magnitudine in luctâ certaretur. Idem in Laconicis notat, quid Tisamenus ab Andriō Hieronymo *καταπαλαστῶν* in luctâ superatus sit.

S. 10. Pugillatus demum vel nudos pugilibus pugnos concedebat, quibus pugnaret, *πυγμαχοί* inde dicti & quos intelligit Prudent. cont. Symmachum: *Tum m. sigophori oleoq; & gymnade arte unctis pugilibus miles pugnabat* Hetruscus; vel myrmecibus loribus & castibus armatos, quod crudius certamen erat, unde & Virgil. l. 3. *En. crudo pugnam committere castu* dicitur, quale à Darete cum Entello initum egere est apud eundem. l. 7. *En.* Erat namq; castus genus clavæ pilas plumbeas, loribus bubulis in acutum attenuatis appensas habens, quo ad carpum utriusq; manus revincto invicem cadere istumq; declinare & excipere noverant pugiles, inde *ὠληκλήρι* Philosopho superius appellati. Erat præterea pugilum lanistarumve alius *myrmillo* s. *secutor*, alius *retiarium*, iste *gallus*, hic *thrax* dictus. *Myrmillones* gallos peculiari modo armatos fuisse constat tum ex Amm. Marcell. locis lib. 16. *Vulneribus declinandis intentus, seq; in modum myrmillonis operens hostium latera, quæ nuda dabat ira flagrantior, distinctis gladiis perforabat &* 24. *de persis: pedes in speciem myrmillonum contenti iussa faciunt:* tum è Festo, *myrmillonicum* inquit, genus armaturæ gallicum pellabantur, quorum galeis piscis effigies inerat, quibus gemina habet schol. e. Lips. 7. *satur.* c. 10. gallos dictos myrmillones autumante, quod gravitate

uti *μύρμη* formica onusta non incedere, unde & *crupellarii*, *crupellarii* me minit Tac. l. 3. *ann. adduntur.* inquit, è *serviis gladiatura destinati* quæ *regimen*, (*crupellarios* vocant), *inferendis ictibus inhabiles, accipiendus impetum* falcemq; sumebat ac galeam, cujus summo cono inerat effigies piscis sub scuto gestabat tunicatus, quo adversarium involveret, implicitumq; *18. c. 54.* quare & *retiarium* pugnantem adversus myrmillonem eumq; cessum primæ ciebatur notante Festo: *Non te peto, piscem peto quid me fugi galle?* Tradit septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus ob controversia Mythylenais, reti occultato impediverit phrynonem, conferatur idem *contri* usq; & myrmillonis & *retiarium* apud Juven. *sat. VIII* istius, cū ait: *nec mihi in pugnantem, aut falce supina:* hujus, quando pergit, *movet ecce tridentem dextrâ Nequit quæ effudit, medium ad spectacula vultum erigit, & totâ fugit. cæ, de faucibus aurea cum se porrigat, & iungo jaçetur spirâ galero.* Ergo ignomine cum Gracco iussus pugnare *secutor*: ad quæ poëtæ eximie *ἄρα ῥαζέζα* habitu *retiarium* fuscina movebat, postquam in cassum injecerat *retia* quibus detegebat vultum, utq; à spectatoribus dignosceretur, ad eos facie confugiebat. Credamus *retiarium*, inermi & in solâ tunica, & cujus è galero ob Conjungit utrumq; Aufon. in isthoc *quis myrmilloni contenditur aquimanus* *epig. 15.* *retiarium* fuisse è fuscina colligitur, utpote qui à poëtâ appellatur.

S. 11. Princeps omnium penè è luctâ & pugillatu compositum genus agone fuerit non pari ab omnibus consensu firmatur. Ex Hermol. Barbari (anctū fuerit *δοτὸν ἑπὶ πῶτα κρατῶν* à vincendo omnia, quo quis dictis certibus vicerit; quæ forsitan ratio induxit Platonē, ut Euthydemū vocatit *pammachion* pro *pancratio* quandoq; legi monuit C. Rhodig. *L. 1. l. 13. c. 1.* *annott.* observat *pancratium* fuisse *certaminis* genus, quod advocatis omnibus *horum* contentione transigebatur. Atq; hinc Clitomachum *παγκρατῆς* edocuisse ludorum præfectos *ius esse, ut pancratium* committeretur integris co-

è pugillatu acciperetur, recentente Pausania in *Eliacis*; pariter ac à Romulo exponitur qui toto corpore certaret. Feminas etiam *pancratio* inclaruisse l. 3. *eleg. 11.* ad sparten de ludis Laconicis: *Multa tuæ sparte, miramur jurana gymnasiū, puberulentâq; ad extremas stat femina metas, & patitur duro vuln* quod *Martialis* vocat *ἀνακλινοπόδιον*; Equidem legitur communiter apud mate palastritæ: *Non amo qui vincit, sed qui succumbere novit, & didicit me* contrario sensu multumque à mente poëtæ ablutente, unde substitutâ modior sensus emergit: *Hunc amo qui vincit.* quæ enim poëta profiteretur se-

rem? utiqve eum se amare dicit, qui vincit, hac tamen lege, ut succumbere *πρῶτα μὲν*, ut ait *Pindarus*, *ἢ οἷον πάλαι*, *pancratium* nempe erat dice *ἐν τῷ ἀνακλινοπόδιον καὶ ὑποπάλαι* plerumque exerceretur ad disti-

si luctæ quæ & *ὄρθοπάλη* unâ voce dicebatur, quod à stantibus & erectis pu- versarium solo dejecisse, ut contra, victi ignominia cecidisse. Secus omni- buisse erat artis: nam & humi volutantes nexus suos expediebant impediē- adversarios sæpius arte sic vincerent: non aliter quippe victus quispiam put- desponderet, ac victum se fateretur. Facit huc apprimè quod Pausan. in *Ar- galeusibus* in foro *Arthachionis* *pancratiæ* statuam esse, de quo fama ferat, quæ- quo cum de *οὐκ αἴτιον* certaret, *relictus* esset, hic eodem impetu & pedibus præ ven-

